

III.

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 27.

*Secretum litterarum commercium inter vivos
et vita functos.*

Jodoco Badio — in Elysio.

Ex mundo superiore.

Elisium-Meum. Die Veneris. 27. Apr. 1810. (Næv. 10. Apr. 1810.)

Hodierna ætate universus orbis eruditus
scætet. Eruditorum turba est — verum nul-
lus eximie doctus vir. Veteres nostri Classi-
ci ad vos in Elysium transfretarunt, neque
possumus in cunctis Europæ regnis excellen-
tem doctorem, qui Epocham faceret, in me-
dium producere. — *Ex omnibus aliquid — ex
toto nihil* — hæc rerum facies in hodiernæ
litteraturæ sphaera.

Non scribuntur libri, sed libelli ex ve-
teribus operibus contexti; omnes octavalis
formæ nulli in folio. — Hodierni eruditi
commentatores veterum operum diu possunt.
Scribunt de hoc vel illo argumento rerum
antiquarum & notarum; superstruunt jascu-
lum ex suo cerebro, sed quale? — quod
& sale & pipere caret.

Longe aliter se res habet in politico ar-
gumento. In hoc reperire per vices est aucto-
res ratiocinantes — paullo plus, quam lippis
& tensoribus nota — nova continentis.



Id genus scriptotem tibi producere la-
bat, relicta libertate tibi & cuius in partiali
viro commentandi de eo; Ea! — *tolle & lege.*

„Connubium Imperatoris Napoleonis cum
Austriaca Principe a quovis ceu summi mo-
menti eventum recentioris ætatis considera-
tar, & felicissimum quoque ab illis haberi de-
bet, qui Europæ salutem dudum jam non
a violentis conversionibus, seditione, deva-
statione & caedibus creantis, est a rever-
tente postliminio firmata tranquillitate, resti-
tutione stabilis rerum ordinis, a pace & con-
cordia inter dissidentes populos expectant.

Quocunque etiam Napoleo aciem ocu-
lorum suorum convertisset, in nullum salutis or-
bis conformius objectum desigere potuisset;
Maria Ludovicæ obvolvît explantem fasci-
am super veteri & novo, quam tempus &
consuetudo continue ardore nexu connectet;
usque postremum vestigium magnæ convul-
sionis, quam divulsio genuit, obliterata est.
Firmat ea denuo pericaram Habsburgicam
progeniem, quam cum luctu & dolore tam sæ-
pe numero eradicationi propinquam vidimus.
Securam reddit futuram quietem fidelissimæ
gentis, quod honorificam nomen sera poste-
ritas candore animi excellentibus Austriacis
denegare non poterit.

Etsi vero politice Galliarum vires arcta
Austriæ conjunctione in genuino vocis sensu
non auctæ sint, nihilominus per eam in ra-
tione moralium virium profecit, cum tam diu
exasperati animi in multis regionibus, facilius

sedandi sint. — Nequaquam — quasi omnes per hoc vinculum in conciliationem propensuri sint — Idmodi conversio non est opus unius momenti temporis, et evanescente phantomate alicujus exordii, quod adeo multi superstitiose credidere, etque fidem dederunt, erepta spe belli & vindictæ, quæ animis multorum & mentibus inhæsit, consuetudo invalescet, controversias orbis secundum affectus metiendi; sana ratio Chimære prævalebit, quod prævis notabilia jam emolumentum. Hoc autem visuale Continentis tranquillitatem ad longum tempus reapse stabilitum esse, id quidem pauci solum in dubium vocare audent. Fieri quidem potest: ut hinc inde quædam subordinatæ mutationes in novo Europæo systemate locum habeant: fieri potest: ut hæ mutationes Internationales Continentis Status etiam contestationes, fortassis & momentaneas differentias efficiant, at in afferi, & propugnari eum certitudine posse videtur: bellum prævis ratione nequaquam rediturus oriturumque.

Si scrutante oculo præsens Status systema expendatur Continentis, eandem, demotis nonnullis exceptionibus imaginem largitur quæ ante *Pacem Vestphalicam*, quæ funestum tricennale bellum compositum anno 1648. Eotum conspicebantur duo præponderantes Status Continentales, eo solum demoto: quod hodie Russia vice Sveciæ splendet.

Eotum quoque Austria ut debilitata quidem attamen ut notabilis, & *respectabilis potentia* ex arena prodit, Eodem modo Hispania aliquanto tempore bellum continuabat (ab 1648 usque Pacem Pyreneam 1659) inter ea reliqui Status pridem arena decessere. — Id solum animadvertendum: ambos præponderantes Status admodum veloci nisu imbecilles factos esse.

Gallia turbis impubertatis Ludovici XIV. & Suecia *excentricitate* Christianæ Reginae, que factum ut eo tempore nullum Statuum Systema solidum condi potuerit, quod hodie de solida Napoleonicis, & Alexandri potentie expectari potest. — Unum validum discrimen statum rerum illorum & præsentium temporum intercedit, & hoc turbat pro dolor! voluptatem quam spes diuinae quietis in Continente polliceri potest. — Eotum videlicet nulla *præponderans* *maritima potentia* in Europa restabat — que infaustum suam *verte*, *intercedo* adversus universalem ordinis, quietisque clamorem effioax reddere potuisset. Oppressi, ad egestatem redacti Continentis populi, mox pace restituta, fructibus renovatae industriae fuit & gaudere poterant, maria patuerunt — regna parteque orbis mutuo emulari se, ad se subsidia vite instruendum, opes acquirendas, poterant — contra hodie quidquid bellum non devastavit, id omne coacta inertia plene flaccoscit. — Frustra ægestes ætatis tempore ridet, flava Ceres coraucepia piaguis arva perambulat,

etenim in horreis triennis jam putredine consumitur messis; frustra vitis floret, jam pridem numerosa meri stipantur dolia cellis, & ad nova emenda deest moneta — lata enim principis via de regione in regionem *Mare* interceptam est. —

Hæc meditatio necessario investigare nos jubet: an non tristis hæc conditio brevi pace Galliam inter Angliamque ad finem perduenda sit?"

Anglia sola hodie in statu belli est adversus Galliam verum hoc non est ætivum; qui casus continuo obtinere debet, si nullus Continentis Status arma obmovet; omnes enim ad hoc tempus Britannorum in Europæo Continente expeditiones armata protestatione repulsæ sunt.

Bilanz Commerçii Angloani admodum luctuosa est, quod producta utriusque Indis ferme quorumvis Statuum maritimarum ad se pertraxerit. — Verum bilanz Status continuo plura debita exhibet, quod adeo diffinitæ præfixæque Coloniarum peripheriæ & præpendii maritimi conservatio immanes sumtus exposcat. Natio ditescit, Status publicus pauperior redditur. — At si publicus Status tandem ad incitas redigatur? tum quivis de populo quoque bonis labitur, quod omnes individuales facultates credito obnoxie sint.

Ex qua metus plena ratione deduci potest chimericam asseverationem esse: bellum Britannicum esse perpetuum non solum adversus Galliam, sed & universum Europæ.

um Continentem. Si Angliorum regimen ad firmitatem durabilem rursus non redierit — continuoque Centrum factionum Caput egerit, tum citius tardius miseratione digna totius convulsio oriri debet.

Jam jam novam infortuniam tetigit Anglicanam rem meritissimam. Ut vide Ephemerides Pol. Statist. Nro 32.

Parisiens paginæ de 7. h. m. seqv. memorant: Hodie Sua Maj. Rex Hollandiæ Parisiis ad suum Regnum revertitur.

Excellentissimus M. Cancellarius Legionis Honorariæ certior redditus litteris a Sua Cæsareo Regia Maj. de dato 4. Apr. ex Palatio Tuilliarum pro seqv. personis veniam Insignia ordinum exterarum aularum gestandi impertivit:

Austriaci S. Stephani R. A. Ordinis M. Crucem:
 Sereniss. Princeps Eugenius Napoleo Pro Rex Italiae, Archi M. Dux Francofurt. &c. Ser. Princeps Parmensis Imp. A. Cancellarius &c. Ser. Princeps Neosom. & Wagram. Pro Connetabilis & Gen. Major &c. Excell. Marschallus Pr. Eslingens. &c. Excell. Marsch. Pr. Eekmühl &c. Commendator. C. Delaborde.
Ord. S. Leopoldi M. Crucem: Ser. Pr. Bevent. Excell. D. de Cadore Minister negot. &c. Excell. Senator Dux de Otranto Gen. Minister Politicæ &c. Excell. D. Foro Jullensis. &c. Excell. C. a Montesquieu M. Camerarius &c. *Equites:* C. a Leron Camerarius S. Maj. &c. B. a Montesquieu (Anatolius) &c. C. Carolus le Grange — D. Lebrun.

D. Gremodia. D. Lejeune. D. Perigord.
(Edmundus) D. a Soprani. D. Lonquœur.

Ut se res haberet?

Imaginabar mihi quadam vice, quasi politico somnio indulgens: Angliam easdem occupationes in Continente fecisse, fecerat quae hodie Gallia, quod consuetarium fuisse futurum putas? — Secundum experientia ad hoc tempus probatum Britannorum Systema occupatae in Germania ditiones instar Anglicanarum Coloniarum consideratae, tractataeque fuissent. — Principes ad normam regulorum (Rajas & Nabobii) exacti, majoresque Status Tipponis Saib sortem experti fuissent. Contra: comparantur Gallicae in Germania occupationes cum Anglicanis in Indis orientalibus, imo cum ipsa vetere Hybernica ad stateram exigantur, tum quaeratur: *Ut se res haberent?* —

B I O G R A P H I A.

Badius Jodocus eruditus Typographus Parisiis, humanorum litterarum peritissimus latinam & graecam Lugduni & Parisiis docuit. Natus erat Asceni juxta Bruxellas An. 1462 quo factum, ut Asceni nomen adoptaret; aliqui inventorem scripturae rotundae quae Parisiis adhibita, eum existimant, quod tamen falsum, cum primi in Sorbona A. 1469—70 editi libri jam his impressi conspiciantur. *Badius* obiit Parisiis 1535. clarus non modo cura elegantium editionum multorum Classi-
corum veterum ex suo typographeo, sed adnexis quoque, quibus eos locupletavit, eru-

ditis adnotationibus. Ejus filius *Conradus Badius* patris de integro doctus secutus vestigia est reformatæ, quam adoptavit, religioni causa An. 1549 Genevæ Parisiis profectus, ubi elegantia opera vulgavit, aliqua ipse concinnavit. Cel. *Erasmii Alberti Alcoranum* in gallicum idioma vertit, auxitque altero Tomo editum Genevæ 1560. in forma duodecimali; quo anno vita excoessit, non constat, id certum: eum anno 1566 amplius superstitem non fuisse.

Restitutio rei aquisitæ.

Maritus vice quadam usque adeo sui oblitus est, ut in litigio uxori alapam infligeret. Mulier exacerbata audaci hoc facinore Advocatos propere obit *actionem divortii* viro intentura. At illi transigendi cum eo consilium præbent. Quapropter domum redux maritum in corona familiarium domus his verbis affatur. " Equidem matutinum tempus omne percontando Advocatos impendi, quid agendum mihi, ut injuriam a te mihi illatam ulciscar? unanimes respondere: cum alapa, quam mihi impegisti, nihil me moliri posse, quare ego eam tibi iterum reporto, quo dicto nihil tale suspicanti Domino marito subito insignem alapam impressit, adstantibus coram reverenter se inclinavit, obiectavitque animum colloquio, ac si nihil processus intercessisset.
